

Nr. 13.

21

IN AVGVRALI DISPV TATIONI
V I R I
S: REVERENDI EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMI
D O M I N I
IOHANNIS FRIDERICI GRVNERI

PROF. THEOL. ORDINARII IN HAC FRIDERICIANA

Q V A M

RITE CAPESSENDIS

S V M M I S HONORIBVS DOCTORIS S. S.

D. XI. APRILIS HORIS ANTE ET POST MERIDIEM

PVBLINE HABEBIT,

VT INTERSINT, QVOS ROGARI MOS EST,

I N V I T A T

D. IOHANNES SALOMO SEMLER,

ORDINIS THEOLOG. H. T. DECANVS

PROMOTOR LEGITIME CONSTITVTVS,

PRAEMISSA BREVI DISPV TATIONE,

DE LIBERALI DOCTORIS S. S. PROVINCIA



HALAE CLOCCCLXVI.

T Y P I S G R V N E R T I A N I S.

20

LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF MARYLAND COLLEGE PARK
MARYLAND



Et fuit inde a primordiis christiana religionis opinio-
num et sententiarum non exigua varietas; aliorum
de ipso religionis auctore, cuius eset originis et
naturae Iesu, Christus, aliorum de nouo eius re-
gno, caelesti an huius, quem oculis usurpamus, or-
bis: de eo tamen inter omnes constitut semper, sua doctrina Chri-
stum id vnicē spectasse, ut hominum ipsi animi a foede vitiorum
confuetudine, a socordia, et tristi superstitione ad λογικην λατερανην,
liberalemque in deum hominesque pietarem transferrentur. Atque
eam in rem maximie consentiunt, et Christi omnes praeceptiones, res-
que ab illō gestae, (neque enim των ναυτων οἰκου πραciuit difficilem di-
sciplinam) et Apostolorum scriptiones atque exempla, qui non patie-
bantur, doctrinae vnum modum, qui erat Petro, Apolloni, Paulo
propius, a singulorum auditoribus et amatoribus ad omnes alios
Christianos moleste imperari. Prudentissime autem ab Apostolis ge-
stam fuisse scimus illam docendae religionis protinciam; alia, lacti-
cinia quasi, offerunt iis, qui νηπιαν imperitiam statim exuere non pot-
erant; alia ad eos produnt, qui fere τελεio esse videbantur, qui pati
et ferre poterant perfectioris institutionis modum. Σαρκιναι certe ii
fere dicuntur, qui Christum praecipue κυρια σαρκα cognoscabant,
Iudaicarum opinionum rudimenta vix egressuri, caerimoniisque cun-
ctis adhuc dediti. Πνευματινοι autem Paullus solebat πνευματινα

a

συγκει-

❧

συγχωνειν, ἐν τοις τελεοις λογεbatur sapientiam, prodebat σοφιαν
θεος ἐν μυστηριῳ, 1 Cor. 2, 6. 7. quae oratio satis commode et sic potest
a nobis intelligi, ut ἐν μυστηριῳ adiiciatur ad λαλημέν, licet propter eo-
rum studia et instituta, quos *Gnosticos*¹⁾ et *Manichaeos* solent appellare,
plerique vetusii commentatores referant ad sapientiam. Reim cer-
te scimus, sic habere²⁾, Christus ipse ἐλαλει ἐν παραβολαις, Paulus
εἰνομούμενος μυsteriorum diuinorum descripsit, πιστος exemplo suo con-
formauit, 1 Cor. 3, 2, et *Galatis* primum mediocria rudimenta
proposuit; aliquo tempore post demum οἰληθευων Gal. 4, 16. 13 seq.
nec tamen sic satis intelligebant *Galatae* την τελειοτηταν, aut το πνευ-
μα τω ευαγγελιων. Nempe pauci ferre et pati poterant, Hebr. 5, 12.
14. Itaque summan prouinciae eius, quam doctores maximine oportet
spectare, sic describit Paulus, 1 Tim. 1, 5. το τέλος της πνευγγε-
λικης ήση αγαπη ἐν καθαροσ καρδιασ ναι συνθετεως αγαθης ναι πι-
στως ανυποριτων, a quibus virtutibus quoti quique docendo abibant,
ἐξετεληταν εις ματαιολογιαν. Ingens orationis vis, paucis compre-
hensa

1) Vid. *Irenaeus lib. 3. c. 2.* (*Tertullianus* similia fere *praecript.* *Haereticorum* c. 22. Apostolos non tradidisse omnia;) sic narrat: de *Manicheis* autem, *Augustinus* de aduersari. legis et prophetarum lib. 2. c. 2. Hac Pauli sententia solebant sic abutiri: Paulum alter verbo docuisse, quam scripsisset.

2) E multis patrum locis, vel ista notabimus. *Origenes* in *Leuiticum Homili. IV. p. 202.* Tom. 2. edit. de la Rue. Hoc faciebat et Paulus, scientissimus pontificum. Qui cum esset in coetu persectorum, tamquam intra sancta sanctorum positus, et stola perfectionis induitus, dicebat, 1 Cor. 2,
6. 7. 8. etc. Sed post haec tanquam ad populum exiens mutat stolam, et alia induit longe inferiore, quam illa. Nihil aliud, inquit, judicari me
scire inter vos, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum — Cum exit ad
eos, qui incapaces sunt, mutat stolam verbi, et inferiora dicer, alias laete
potat, vt parvulos, alios oleribus — sic sciebat mutare stolas, et alia vi
ad populum, alia in ministerio sanctorum. *Idem Homilia VI in Numeros:* — Omnis docto et magister ecclesiae si de profundioribus mysteriis
aliquid moueat, si arcum quid et reconditum de dei sapientia (1 Cor 2)
proficeret inter perfectos, intus esse dicitur: Cum vero loquitur ad turbas,
et ea profert, quae sufficienti iis, qui foris sunt, et quae potest vulgus au-
dire, foras dicitur existi. Hoc video et Paulum fecisse, 1 Cor. 2, 4 seqq.
vides, quomodo intus est. Cum autem procedit ad populum, audi quid
loquitur; omnis sermo malus non procedat de ore vestro etc. Aliorum lo-
ca plura allegat *Benedict. Iustinianus* in commentario ad 1 Cor. II, 6. —

hensa verbis; quae frugiferum et liberalem erudiendi modum docto-
 ribus omniaibus praecebat, quo hominum animos justo atque ingenuo in
 deum aliosque amore, et perpetuo bonaे conscientiae studio imple-
 ant. Atque viguit ista castior disciplina priora per tempora, sic, ut
 nec e philosophis nec e palatinis hominibus decesserent, qui pulcherrimam
 religionis indolem rite amplectentes: nondum immittior lex
 perlata fuerat, ut ynam in formulam orationis intelligendi varia
 omnium facultas cogeretur. Qui enim alios γνωστοι et colligendis de-
 cretorum christianorum λογοι haud parvo post se intercallo relinquen-
 bant: hos nemo illorum exiguis et duris cancellis circumscrivebat,
 qui erant ex αυθεντεσεοις, et quos vel vitaе genus praebebat praeceps
 aptos, ad obsequendum aliis. Eligebantur autem, quod scimus, ex
 istorum clasfe, non ex inferiori hoc ordine illi, qui in docendi socie-
 tatem adsciscendi erant πιστοι αὐτοῦ θεοῦ, οἱ τιμωροὶ οἱ τιμωροὶ, καὶ ἑτ-
 ερες διδαξαντες, II Tim. 2, 2. Fideles, qui communis sacrae utilitatis
 unico consilio duecebantur, qui non suae, sed alienae et publicae rei
 omnem dabant operam, id spectantes, ut diuinum illud atque humanae
 omni societati tam salubre negotium promouerent, quod Paulus το-
 τελος της παιδευγελιας appellabat. Nec est, quod miremur, inde
 ab ipsis primordiis rei Christianae existisse alios, innuens ingenii,
 nec dei nec hominum reverentes, corruptissimae mentis homines, qui
 domestican malignitatem, qua suae rei studuerunt, diuinissimae pro-
 vinciae admiscere ausi sunt, κατακυρρεοντες των πλησων, quos iam Pe-
 trus abominabatur. Quoti quique a pura ista mente aberant, quae
 Christianos ingenuos tam luculententer distinguit; ii omnes non quaere-
 bant eadem illa, quae Christus et Paulus quaerebant; cuius generis tam
 non sunt aut fuerunt illi tantum omnes, quos haereticorum isto nomine
 solebant a se segregare illi, qui catholici atque ecclesiastici dicebantur: ut
 potius ex his accesserit sensim haud paulo plus impedimenti ad vim illam
 salubrem christianae religionis; licet repererint longam caerimoniarum
 nouarum seriem, quasi earum in locum, a quibus Christi beneficio ho-
 mines omnes vindicati fuerant, praeter imperitiores et νηπιας.

Ad nos igitur praeceps pertinet, qui scripturae sacrae docta-
 rum solemnri et publico nomine utimur, ut non tam simus difficiles eo-
 rum omnium vindices et defensores, quae inde a superioribus seculis

quasi per manus tradita sunt, quantumvis forte olim necessaria, aut
 utiliter ab ipsis sacrae rei ministris reperta atque instituta: quam ut
 demus omnem operam, ut conservetur et adiuuetur liberale religionis
 universae ingenium ad illos etiam, qui sive ingenii exculta facultate,
 sive vita mitiori genere non parum absunt ab imperioribus. Salu-
 berrimam istam legem, quam scimus locum habuisse per prima secula,
 feliciter vindicauit *Lutherus, Zwinglius, Melanchthon*, aliquae praestan-
 tissimi viri plures seculi XVI, postquam inde a quarto seculo diuina
 et *protectionis* nostrae religionis indoles, redeunte quasi huia mundi
 spiritu, a plerisque et negligi et impediri coepérat. Commendauerat,
 scimus, Paulus ipse ὑποτυπον ὑγιανεῖτων λόγων, quam fere Sym-
 bolum illud apostolicum ad eos transtulit, qui publice a doctoribus ad
 Christianam vitam adjuvari solebant. Atqui publicae doctrinae mo-
 dus aliquis stabilis et firmus omnino tenendus est: cur enim medio-
 crem intelligendi facultatem, e qua se emergere non posunt plerique,
 nouis sententiis et rebus obruias? Recte etiam iis turbis cautum est a
 sapientibus et piis maioribus nostris: ut religionis publici ministri se-
 quantur statam publicae doctrinæ formam, vt noua litium et turbarum
 absit occasio, cuius generis inepta et inuenusta multa exsisterunt sec.
 XVI. exempla, eorum, qui magno conatu, vt maxime contra Sata-
 nae artificia declamarent, nihil tamen repererunt, quod publicae pri-
 vataeque rei sacrae salubre esset atque frugiferum. Est enim sapien-
 tis, qui populo praefit, principis, vt ipse recte statuat, de justo re-
 ligionis publicae ministerio, ne res publica aliquid detrimenti capiat,
 per immitiorum hominum vehementia studia. Sed etista librorum *sym-
 bolicorum* auctoritas non id secum fert, vt etiam nostra actare durius
 illud seculi XVI ingenium omnes imitemur, et loquendi istum visitatum
 aut definitum modum frequentemus, licet non sint similia funestarum
 litium pericula, nec Romanorum sacrorum statores, scriptoribus no-
 stris insidiantes, docendi libertatem vario terriculamentorum genere
 impeditum eant. Rudimenta melioris, quae nascibatur, doctrinæ,
 felicibus successibus non caruerunt; sed sacramentorum in locum ad
 omnes euichi non possunt. Scimus enim, Apostolos horrari, vt in
 salubri cognitione Christi crescamus, non vero vt simus Pauli, *Cephae*;
 nec maiores nostri jam uno quasi haustu cognitionem veram omnem
 occupa-

occuparunt. Superfunt multa, quae a nobis similem operam atque fidem poscunt, ac illi olim publicae rei bene et sapienter impenderunt. Vel ipsa scripturae interpretandae ratio, quae seculo XVI apud nos tres fere obtinuit, satis frugifera atque ad auertendam istam Romanam corruptionem apta est; sed per hoc ad nos vsque temporis sparium non defuit alius generis solertia an malignitas, aliorum hominum, quos ingenua ista simplicitate atque integritate non licet corriger, aut, pro eo, ac opus est, ad christianam religionem alictere, quam ii omnes facile patiuntur, qui ex consuetudine amplectuntur ecclesiasticam societatem. Atque vel isti nostri plerique omnes minus necesse habent, vt perpetua repetitione illorum decretorum emendentur, quae aduersus Romanas rei statores praeципue olim tenenda erant. Nemo e nostris monasticis rei et votis istis dat operam; nemo aras constituit; nemo ista donandi pictare aeternam felicitatem redimere, nemo peregrinationibus aut indulgentiis se dedere solet. Igitur et nos eo maxime modo rem christianam et commendare et defendere conuenit, qui est ad nostram aeratem magis accommodatus. Huic sane rei operam dare oportet academicos doctores, non vt pertinaciter priscum aliquem intelligendi et loquendi modum curritis vehementius imperent, quem manus ad alios doctores tradant: sed vt ex fidei et liberali institutione succedant semper sacrae rei atque internae religionis prudentes adjutores, qui nostrae aetatis vitiis atque corruptelis obstant; ingenuamque de divina religione sententiam internis animi, quem agitat, exercitis commendent. Nec decet huic causae externa, qua opus est, facultas atque auctoritas; longe enim alter, et partim multo sapientius, videamus de ecclesiastica societate statuere terrarum principes, quam olim multis fecisse reperimus. In rebus externis facile et imperari et praestari potest eorum, qui eas fere intemperantur amant, consensio; externa iura religionis publicae modum stabilem, si eo opus esse videatur, admittunt. Sed animi ipsa interior religio libera est, liberrima est; rei autem publicae causa sic ferr, vt publica religio suo jure et praefidio non carreat: quia plerique omnes interna illa libertate ipsi vii sine administris et adjutoribus non posunt. Reete igitur ei rei datur opera, vt pluribus seruiamus liberaliter; sine amore et dilectione Paulus nihil quicquam profici luculenter sententiam dixit; idem vero auctor fuit,

suit, ut omnia εὐστοχεῖσθαι ταῦτα in ecclesia publice adminis-
trantur. Fuerat itaque tantum non calumnia, ex impotentia animi
et publico in Wittebergenses odio orta, quod Oßander seculo 16 clama-
bat, scelus eis quod in renuntiatione publici testimonii Wittebergenses
petebant, ut hi, quibus tribuerent testimonium, adfirmarent, se am-
plete incorruptam Euangelii doctrinam, et eam sic intelligere, docendo
et scribendo, ut in Symbolis Apost. Niceno et Athanasiano commemora-
tur; et ut in confessione, quam ecclesiae nostrae exhibuerunt Carolo
Imperatori, anno 1530, recitatur, et promitterent, in ea sententia
(auerfa ab ipsis corruptis) se deo juvante constanter persueraturos er-
se, et fideliter facturos officium in ecclesia. Nempe Oßander hanc con-
suerudinem reprehendebat; ratus constitui tyrannidem et seditionis con-
jurations, cum nolumus (loquitur Melanchthon) docentes a confessio-
ne nostra disidere; item, cum non concedimus singulis διορθευειν,
et pronuntiare suo iudicio de nouis controversiis. Reete haec Melanch-
thon; nempe publica est ista prouincia, cum jure principum publico
in externa suorum omnia ministeria, conjuncta. Priuatis liberae ma-
nent suae sententiae, sed liberum non est, priuatas sententias publicae
religioni adiicere; quibus certum est, tam non felicius emendari po-
pulum et humanae societatis commodum prouehi, ut potius nouarum
rerum turbarumque foedissimarum autores fere extiterint, quoti
quique priuata isti sentiendi et publica docendi jura commiscerunt.

Sed iam ad eam rem nobis veniendum est, cui hanc scriptio-
nen destinauimus. Instat, quod deus felix faustumque esse jubeat,
solemnis dies, quo Vener. Collega noster, Dom. IO. FR. GRUNER
Theolog. in hac Fridericiana professor ordinarius, publico ritu et so-
lemni formula, scripturae sacrae doct̄or prodetur. Ille, quam sit hoc
fausto nomine dignus, vel illa, quam inter nos iam egit, vitae publica
et commendatissima ratio facile omnibus bonis probauerit, si maxime
tot aliis in rem litterariam publicam meritis nondum clarus fuerat.
Nihil attinet commemorare, nulli rei, quam aut nos decebat experiri,
aut quam eius caerimoniae publica ratio rite postulat, talem virum de-
fuisse. Iuuat autem laudabilis vitae mediocrem illam et temperatam
recensionem hic adiicere, quam ipse prescripsit: ne huic scriptioni
principia forte pars desse videatur.

IOAN-

IOANNES FRIDERICVS GRVNER, Coburgi natus sum, anno sacculi huius uicesimo tertio; patre IOANNE FRIDERICO GRVNERO, I. V. D. Serenis. Ducis Saxo-Coburgensis et Salfeldensis a consiliis aulae sanctioribus, atque consistorii ecclesiastici praefide; matre EUPHRO-SINA MARIA, IO. FR. FACII, Seren. Ducis Saxo-Coburgensis et Salfeldensis a consiliis camerac, filia, quam ille ex uxore altera, MARIA DO-ROTHEA RICHSHOFERA generat. Prima aetate magistris usus sum, quos mei fratrumpue ad humanitatem informandorum causa in domum familiamque parentum pietas receperat, bonis fidisque. Quorum singulorum in me bonis literis erudiendo diligentiam uti memoria gratis una profecor; ita dexteritat iuri praecellentissimi, IO. CHRISTO. GOTTERI, qui Coburgiam queſtiones criminales exercet, me plurimum debere, libens proſteor. Anno clocccccxxxvi Weisenbrunnum concersi, agri Coburgensis te uicus est, fidei atque disciplinae IO. FACCII a parentibus optimis traditus, uerbi diuini ibidem ministri, iuri Graece Latineque doctissimi; cuius in me merita ingratis forem nisi hac occasione publice praedicarem. Anno clocccccxxxviii in Gymnasiū academicū, quod in urbe patria faret, receptus, doctores natus sum fidelissimos, THEOD. BERGERVM, IO. SEB. ALBRECHTIVM, BONIF. HENR. EHRENBERGERVM, IO. CHRISTO. SCHYBARTVM, Profesores celeberrimos: porro IO. GER. MEVSCHENIVM, Sacrorum apud Coburgenses, dum uixit, antisitem supremum, et theologiae Profesorem primarium; IO. CONR. SCHWARZIVM, Gymnasiū eo tempore Directorem; atq[ue] qui Directoris adiunctū munere fungebatur, IO. VDAL. TRESENREVTERVM. Mevschenivs quidem non uoce solum, sed bibliotheca etiam, quam praestantissimam habebat, et cuius liberrimum mihi usum permittebat, eruditive me dignatus est. Schwarzius autem adeo a latere suo discedere me nolebat; ut aliquot per annos magnum quoque nocturna partem secum agere uellet, ad lectio-nem scriptorum veterum liberalissime instituens. TRESENREVTERVS denique animo discedi cupidio philosophiae praecepta scholis priuatissimis instillabat. Ante, quam e Gymnasio patrio discederem, dissertationem qualcumque de Flaminibus conscripsi, atque anno clocccccxlii sub praefidio SCHWARZII mei publice defendi. Io igitur anno academiam iocensem adiit, mense Aprili. In illa celeberrima Misarum sede doctores habui ueros meritis et eruditissimis fama florentissimos IO. GE. WALCHIVM, FR. ANDR.

HALLEBAVERVM, IO. CASP. HEIMBURGIVM, CHRISTI GOTTL.
 EUDERVM, GE. ERH. HAMBERGERVM, IO. PETR. REVSCIVM,
 IO. LEONH. RECKENBERGERVM, IOACH. EHRENFR. PFÉIFFE-
 RVM, IO. CASP. HVTHIVM. *In primis autem b. REVSCHI* anim
 dicere non amicitia sed familiaritas maxima mibi utilitati fuit: cuius,
 at quanti uiri, doctissimis colloquiis frui mibi quotidie licet. Triennio
 in academia Ienensi literarum in studiis iucundissime exacto, animus erat
 Lipsiam commigrare, b. CHRISTII in primis, popularis mei, et b. KAP-
 PII humanitate adductus. Sed sautorum, qui semina me benevolentia
 complectebantur, HEIMBURGI maxime, REVSCHI, DRIESII,
 HAMBERGERI, magnorum uirorum suorum illud consilium mutari, sum-
 mosque in philosophia honores ab ordine amplissimo petti. Quibus benignis-
 simus impetratis, anno c10CCXXXV, mense Maio, bis disputauit praeses pro
 facultate scholas aperiundi. Earum dissertationum altera pertinuit ad il-
 lustranda D. Paulli uerba, Tit. I. 1 - 6. altera Spicilegium sicut obserua-
 tionum ad Phaedri priores libros II. Anno sequente c10CCXXXVI Intro-
 ductionem edidi in Antiquitates Romanas. anno autem c10CCXXXVII,
 COELII SEDVLII Mirabilium diuinor. Libb. V. sive Carmen Pascha-
 le, item Hymn. II. ad eodd. Msstorum et edd. uett. fidem recentem ob-
 seruationibusque illustrat. *quas obseruationes meas ARNTZENIVS, do-*
ctissimus Baratus, repetit nuper in sua SEDVLIT Carminum editione.
 Eodem anno, mense Decembri, Coburgum redii, a Serenissimo Principe ad
 munus Professoris linguae et antiquitatis Romanae clementissime euocatus.
 Post mortem SVCRONIS, coniunctissimi, quoad uixit, collegae, munus
 Professoris eloquentiae et Inspectoris alumnorum Gymnasi nutu Serenissimi
 Principis suscepit; eoque munere quamvis potui fide finitus sum ad annum
 c10CCCLXIV quo anno FRIDERICVS MAGNVS, Potentissimus
 Borussorum Rex, praeter meritum omnemque expectationem meam ad munus
 Professoris in celeberrima hac academia sua Theologiae Ordinarii ob-
 eundum clementissime me euocauit. Tanti igitur Regis uoluntati obtempe-
 ratus, mense Novembri Halam me cum familia contuli; et mox, pra-
 missis Programmati de origine Episcoporum, eorumque in ecclesiis pri-
 mitiu*a iure, scholas theologicas aperire coepi. Mense Decembri, qua decuit*
obseruantia honores in theologia summos a Venerando Theologorum ordine
petti; admirusque benignissime ad colloquium solemne mense Ianuario anni
c10CC

clocclxv, inaugurarī cupiebam, quod supererat, dissertatione publica. Sed eius rei executionem retardarunt cūm res aliae, tum acerba mors uxoris iucundissimac, cum qua suavis sine uixerum annos quindecim integrōs, GROETZNERAE meae, matronas in deūm religiosae, erga maritum filiosque piae, comis omnibus, aduersae nemini; eius memoriam tenerrimo, quo ad uiuam, amore prosequar; et de ciuis uirtutibus quo minus plura addam, lacrymis, dum hanc scribo, oboris impedior. Illa igitur discedens innēsum sui defūdrium reliquit mihi: ipsa, apud Deum uiuenit, desiderat nihil.

Cacterium præter ea, quae in superioribus commemorauit, scriptis illa. Contemplationem gemmae cuiusdam e selectis Iac de Wilde. *recus. in Actis Societ Lat. Ienens.* Vol. I. p. 100. Disf. epistol. de Honore et Virtute, diis ascessoribus *recus. ibid. p. 92.* Observacionum criticarum Libros III. insert. *Volum. Actor. laudator. III. p. 23. IV. p. 203. V. p. 220.* Programmatā de Indole, sive Genio linguae Romanae IV. unum de falsis apostolis ecclesias apostolicae: aliud, q'9 falsos apostolos primitus ex ecclesia Hierosolymitana exiisse probauit. tria de locis aliquot C. Plinii secundi Iunioris: aliud de P. Ouidii Nasonis aliquot locis. Prolusionem de Isaaco typo Christi ad Hebr. XI. 19. Origines monasterii ordinis S. Benedicti in Banz. Commentationem hist. de instauratione monasterii ordinis S. Benedicti in Banz. Exercitationem hist. de Henrici Raspe in regem Romanor. electione, rebus in imperio gestis, et uitiae exitu. Disfert. de Comitibus de Truhendingen ducum Meraniae haeredibus. Disfert. de electione Rudolphi I. Caes. Augusſti. Programmatā VIII. de rebus Hermanni II Comitis de Henneberg Antiquitates Coburgenses. Scriptiunculas illas historicas auctiores emendationesque collegi in uolumina duo Coburgi clocclx et lxi. in 8. edita sub titulo Opusculorum ad illustrandam Historiam Germaniae pertinentium; additis dissertatione de genere Henrici minoris aduersus Ottonem II Imp. rebellantis: observatione de Margaretha, Popponis XIII Comitis de Henneberg filia, Conradi, Comitis de Wildberg, uxore; et fasciculis duobus diplomatum haec non editorum. Ad hec edidi Observationem de manumissione per coniuvium. Programmatā duo de Coburgo sub ditione Marchionum de Brandenburg. Commentationem ad 1 Timoth. III. 14. 15. 16. Programma; Iesu Christi der Erftgebührn durch die ganze Schoepfung: aliud; Deus Messiae naturam humanam perficiens, ad Hebr. X. 5. Pf. XL. 7.

Programmata IV de Unitate ecclesiae ex mente S. Ignatii. Historische Unterfuchung über den Ursprung des Fränkischen Reiches in Gallien. EUTROPII Breuiarium Historiae Romanae cum notis criticis et historicis. cuius libri editio noua curis secundis illustratio brevi tempore exibit. De Odio humani generis Christiani olima Romanis obiecto Exercitationes historicas tres, uno volumine. C. VELLEI PATERCVLI quae supersunt, ex Historiae Romanae uoluminibus duobus cum commentario perpetuo. Anweisung zur geistlichen Beredsamkeit. Dissertationem inauguraem theologicam, Iesu Christus imago dei inuisibilis, splendor gloriae et character esentiae ipsius II ad Cor. IV, 4. ad Colos. I, 15. ad Hebr. I, 3. Versuch eines pragmatischen Auszuges aus der Kirchengeschichte der Christen. Erster Theil, von der Geburt Christi bis auf die Reformation des sel. D. Luthers. qui liber prodit ad mundinas proximas Lipsias.

Vt igitur, quod superest, publicum eximiae, qua eminet Vir Vener. dexteritatis specimen rite ad omnes prodi posse: designatus est dies XI Aprilis solempni disputationi, quae partim ante, partim post meridiem habebitur. Cuius argumentum est uter nos fere nouum est, atque a Viro Ven. sic illustratum, vt recedat ab explicatione illa, quae est vulgarior, quam majores nostri a seculo XVI solebant praeire, et quam vel nostri ordinis certa membra sibi sequendam statuunt: lubenter tamen Vener. Virum suo jure uti suimus. Iam Magnificum Dominum Prorectorem, Perillustrem Directorem et reliquum spectatissimum academie Senatum, et si fas est, Serenissimum Principem ANHALTINVM, fautoresque alios, tam ex inclito liberalium Heroum ordine, quam huius urbis magistratu dignissimo, illustrissimos etiam Comites, generosissimos Barones et Nobiles, ut quemque decet, honorifice et studiose rogamus, ut sauere academicae caerimoniae solemni uelint. Tandem uota addimus, ut cedat ista solemnitas, in dei honorem atque ad eos, qui sacris litteris apud nos dant operam, praecipuo emolumento non careat.

P. P. in Fridericana, d. X. April. 1566.



I6 2205

ULB Halle
004 716 302



3

A

R

40

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

3/Color

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

IN AVGVRALI DISPV TATIONI
VIRI
S. REVERENDI EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMI
DOMINI
IOHANNIS FRIDERICI GRVNERI
PROF. THEOL. ORDINARIJ IN HAC FRIDERICIANA

Q V A M

RITE CAPESSENDIS

S V M M I S H O N O R I B V S D O C T O R I S S. S.

D. XI. APRILIS HORIS ANTE ET POST MERIDIEM

P V B L I C E H A B E B I T,

V T I N T E R S I N T, Q V O S R O G A R I M O S E S T,

I N V I T A T

D. IOHANNES SALOMO SEMLER,
ORDINIS THEOLOG. H. T. DECANVS
P R O M O T O R L E G I T I M E C O N S T I T U T V S,
P R A E M I S S A B R E V I D I S P V T A T I O N E,
D E L I B E R A L I D O C T O R I S S. S. P R O V I N C I A



HALAE CICLOPSI.

T Y P I S G R V N E R T I A N I S.